

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA
IN
REPUBLICA CHILENSI

IN DEI NOMINE, AMEN.

Utentes Apostolica auctoritate qua fungimur, attentis precibus Donae. *Josephae Dávila de Valdés*, necnon R.P.D. Archiepiscopi huius Archidioeceseos commendatitiis, praefatae oratrici benigne indulgemus ut in privato domus suae habitationis sacello, in hac civitate S. Jacobi de Chile existentis, ad hoc muro extructo et ornato, seu extruendo et ornando, ab omnibus domesticis usibus libero, et ab Ordinario ipso, sive per se, sive per ecclesiasticum virum, prius visitando et adprobando, dummodo licentia huiusmodi quae adhuc duret alteri eiusdem domus concessa non fuerit, unam tantum Missam pro unoquoque die per quemcumque sacerdotem rite probatum saecularem, seu de superiorum suorum licentia regularem, absque quorumcumque iurium parochialium praeiudicio, in sua praesentia celebrare facere licite possit ac valeat. Exceptos tamen volumus ab hoc indulto omnes Dominicos et festos per annum dies, insuper et tribus ultimis diebus maioris Hebdomadae; sed in casu dumtaxat Indultariae infirmitatis, qua impar sit publicas Ecclesias adire, per mittimus ut Sacrum fieri valeat in oratorio ut supra concesso etiam festis diebus superius exceptis, et Missa ibi celebrata ipsi Indultariae et, ultra Missae inservientem, consanguineis et affinibus cum ipsa sub eodem tecto commorantibus explendo Ecclesiae praecepto de audiendo Sacro suffragetur; facta semper eisdem potestate ut, infra Sacrificii actionem, Sacra Synaxi refici valeant. Praesentibus ad Indultariae vitam valituris, et contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Sancti Jacobi de Chile, ex sedibus Apostolicae Internuntiaturae, die vigesima octava mensis Augusti anno 1916.

INTERNUNTIATURA APOSTOLICA IN REP. CHILENSI

F. Vagni
S. Sedis ad nut. et neg. gestor

Carta que autoriza la celebración de misa en casa de Josefina Dávila de Valdés

Libros y documentos

AUTORÍA

F. Vagni

FECHA DE PUBLICACIÓN

1916-09-02

FORMATO

Documento

TÉCNICA

Papel-Escritura a máquina, Tinta-Escritura a máquina, Papel-Escritura a máquina, Tinta-Escritura a máquina, Tinta-Manuscrito

DIMENSIONES

Alto 32.5 cm - Ancho 21.5 cm

DATOS DE PUBLICACIÓN

Documento rectangular compuesto por 3 hojas de papel impreso, mecanografiados con tinta morada y negra, en disposición vertical, y dos de ellas son copia del mismo en mecanografía. Uno de ellos es de tamaño oficio y en ambas caras tiene manuscritos en tinta. En el anverso tiene un membrete de la Internuntiatura Apóstolica de la República de Chile.

FUENTE DE INFORMACIÓN

SURDOC

INSTITUCIÓN

Museo Histórico Nacional